



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologiae Moralis Super Decalogum Seu Decem Dei Praecepta Pars ...

Tractatus IV. Præliminaris. Ad Præcepta Secundæ Tabulæ De Justitia, &
Restitutione in communi

Sporer, Patricius

Salisburgi, 1713

Approbationes Theologorum Ordinis.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59506](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59506)

ejus sigillo munitas dedi in Conventu nostro Augustano die
13. Jun. 1686.

(L.S.)

F. FRANCISCUS,
qui supra.

Facultas A.R.P. Ministri Provincialis.

EGO FRANCISCUS SELDER, Ord. FF. Min. Recoll. p. t.
Provinciae Argens. MINISTER PROVINCIALIS, hisce
facultatem, quantum in me est, concedo, ut *Tractatus quartus
Theologiae Moralis super Decalogum*, à M. V. P. PATRI-
TIO SPORER, Provinciae nostrae SS. Theologiae Lectore Ju-
bilato, conscriptus, ac à Theologis ad id deputatis lectus ac
census prae lo dari possit. In cujus fidem has Officij mei sigillo
munitas dedi in Conventu nostro Augustano die 13. Jun.
1686.

(L.S.)

F. FRANCISCUS,
qui supra.

Approbationes Theologorum Ordinis.

APPROBATIO I.

Hic quoque *Tractatus quartus PRÆLIMINARIS ad Prae-
cepta secundae Tabulae de Justitia & Restitutione in Com-
muni*, à M. V. P. PATRITIO SPORER, Ord. FF. Min. Recol-
lect. Provinciae Argentinæ tertio Definitor ac Lectore
Jubilato, eadem styli claritate, soliditate, ac brevitate, qua
prioris, digestus ac effortatus, à me iussu, attentè inspectus
& perillustratus est. Et quia januam referat, atque gressibus
tutis ducit ad materiam subsequenter, non minus copio-
sam, difficilem, gravem & perplexam, quam omnibus Sa-
cendoribus, praesertim animarum pastoribus, apprime sciti
necessariam; nec aliquid continet, quod vel esset contra do-
ctrinam Romanæ Ecclesiae puritatem, vel bonorum morum
integritatem, hinc promeretur, ut liberè prorumpat in lucem
publicam, praeferatque lucem, faciatque universis,

Ita censet

Passaviae 27. Octobr. Anno 1686

F. LUCHESIUS MANGOLT,
ejusdem Ord. ac Conventus Passav.
p. t. SS. Theol. Lector Ordinarius.

APPROBATIO II.

Cum hæc Quarta Pars *Theologiæ Moralis, super Decalogum, & PRÆLIMINARIS ad Præcepta Secunda Tabule de Justitia & Restitutione in Communi* conscripta per M. V. P. PATRITIVM SPORER, Ord. FF. Min. Recoll. Almæ antiquissimæ Provinciæ Argent. SS. Theol. Lect. Jubilæum non solum nihil bonis moribus, aut S. Fidei contrarium habeat, sed doctrinam moralem laborioso studio collectam, ab animarum verò Curatoribus, vel maximè in praxi quasi sine labore applicandam contineat, dumquod vel communiter legere non pigeat, ideo in publicam lucem meritissimè prodeat. Ita sentio ex nostro Salisburgensi Conventu 4. Novembris 1686.

F. RODERICUS SCHNABL,
ejusdem Ordinis & Provinciæ in præfato Salisburgensi Conventu SS. Theologiæ Lector Ordinarius.

APPROBATIO III.

LEgi, & relegi attentè etiam hunc *Tractatum IV. Theologiæ Moralis super Decalogum, PRÆLIMINAREM ad Præcepta Secunda Tabule*, à M. V. P. PATRITIO SPORER, Ord. FF. Min. Recollect. Almæ nostræ Provinciæ Argent. Lectore Jubilæo singulari industria, & labore conscriptum: qui cum Orthodoxæ Fidei, & bonis moribus maximè consonus, mira doctrinæ claritate, & soliditate ad reliquam obscuram, & implexam materiam Justitiæ, in & à limine ingressum, & viam adornet facillimam, omninò claram, & solidam, dignissimus est, ut omnibus Justitiæ amatoribus, & viam mandatorum Dei currentibus publicè monstrerur, & ab eis sedulò calcetur. Ita censeo ex Conventu nostro Salisburgensi 4. Nov. 1686.

F. DEMETRIUS WIDMANN,
ejusdem Ord. & Provinc. in præfato Conventu Salzburg. SS. Theol. Lector Ordinarius.